

gratiam cum Constantio videatur postquam publicum aliquem hostem profligasset. Note enim DD. NN. AVGG. i. Domini nostri Augusti, duos tunc innuit fuisse Augustos. Illud VOTIS. V. MVLTIS X. denotat quod populus vota tunc nuncupabat, ut v. annos floreret Imperator, & numero multiplicato multa decennia faustis acclamationibus comprecabantur. Huc facit illud in Nazari Panegyrico. Quinquennalia beatissimorum Cæsarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis jam vota properantia & spes volucres constiterunt. Literæ P. AR. Arelati hunc denarium signatum denotant.



xxvi AR

Cum Magnus Maximus ab exercitu Britannico creatus esset Augustus, ejusque itidem filius Flavius Victor: in militum gratiam & gloriam hi nummi fuerunt cusi, Theodosiusque cum illos sustulisset, eadem de causa illum cum VIRTUTE EXERCITVS signavit.



xxvii AV

Constantius Magnentio fuso, & Britannia recuperata, in honorem Exercitus hunc signandum curavit, R in bafi forsitan notat esse ex officina monetaria qua erat Romæ.



xxii AV

In Valentianum honorem cum Britanniam collabentem restituerit, & recuperatam partem de suo nomine VALENTIAM dixerit, hic Antiochiae percussus ut ex literis subjectis colligatur.



xxiii AR

Ad Gratiani nummum nihil occurrit quod adjiciam, nisi quod ad Magnentii modo dixi.



xxiv AR



xxv AR

In illo aureo Honorii nihil est quod adnotem, nisi ex illo AVGGG. tres fuisse ea tempestate Augustos, scilicet post annum salutis 420, cum Honorius in Occidente, Theodosius Iunior in Oriente, & cum illis Constantius qui Constantinum nostrum spe nominis electum vicerat, ab Honorio Augustus nominatus, imperarent. CONOB vero illud denotat Obrizum esse aurum Constantinopolis signatum. Nusquam enim nisi in aureis legitur illud CONOB. quantum hactenus observavi.

Nummos Romanorum longè plures adjicere poteram, vis enim eorum infinita passim apud nos reperitur in urbium subversarum ruinis, in thesauris sive flavissis illo ævo reconditis, urnisque funeralibus. Vnde autem tanta illorum supercesset copia valde demirabar, donec Principum constitutionibus legissimi nummos antiquos conflare fuisse interdictum.

Antiquos hos tūm Britannorum, tūm Romanorum nummos, cùm jam suis typis dederimus, Lectoris etiam interesse putamus Chorographiam Britanniæ tabellam (cum fuerat Romanorum provincia) priscis nominibus hoc in loco interserere, non quidem illam accuratam. Quis enim præstabit? sed è qua si nihil aliud hoc tam edicas, quotidie aliquid in hoc orbe mutari, nova urbium fundamenta jaci, nova gentium nomina extintis nominibus prioribus exoriri; & quod ait ille,

*Non indignemur mortalia corpora solvi,
Cernimus exemplis oppida posse mori.*

L. 1. c. de
auri pub.
Prosecut.
L. 12. 13.
C. Th. de
suscept.
præpos.

B R I T A N N I A E E X C I D I V M.

Cum jam derelicta esset à Romanis præfidiis Britannia, confusissima erant omnia, & calamitatibus miserrima, hinc barbaris incurvantibus, illinc civibus tumultuantibus, dum quisque imperii summam sibi arripit, Sub metu, ut habet Britannia.

Ninnius, quadraginta plus minus annos fuerunt. Vortigernus enim qui regnavit urgebatur à metu Pictorum & Scotorum, à Romanorum, qui hic manserunt, impetu, nec non à timore Ambrosii Aurelii, vel Aurelianii, qui tanta tempestatis collisione occisis in eadem parentibus purpura induit superfuerat. Hinc Saxones à Vortigerno in auxilium è Germania evocati exitiabile bellum in Gildas.

Saxones in
Britanni-
am evocati.

N

CIVICA BIBLIOTECA
GIAC. LUIGI LERCI.